DIDASCALIAE APOSTOLORUM
FRAGMENTA UERONENSIA LATINA.

ACCEDUNT

CANONUM QUI DICUNTUR APOSTOLORUM ET
AEGYPTIORUM RELIQUIAE.

PRIMUM EDIDIT

EDMUNDUS HAULER.

FASCICULUS PRIOR:

PRAEFATIO · FRAGMENTA · IMAGINES.

LIPSIAE,
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MCM.

DIDASCALIAE APOSTOLORUM FRAGMENTA UERONENSIA LATINA.

ACCEDUNT

CANONUM QUI DICUNTUR APOSTOLORUM ET AEGYPTIORUM RELIQUIAE.

PRIMUM EDIDIT

EDMUNDUS HAULER.

FASCICULUS PRIOR:

PRAEFATIO · FRAGMENTA · IMAGINES.

LIPSIAE,
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MCM.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

FUNKIO · HARTELIO · MOMMSENO

D · D · D·

PRAEFATIO.

Principem hanc fragmentorum Ueronensium editionem ad Funkium, Hartelium, Mommsenum honoris causa mittere uolui, quippe quorum hic unicum codicis Ueronensis folium fastorum in Herm. VII, 474 ssq.[1]) sagaciter tractauerit unaque cum *Ad. Harnackio* mihi auctor palimpsesti legendi exstiterit[2]), alter aliquot folia a *Gu. Studemundo* olim speciminis causa descripta[3]) mihi beneuole sit largitus et de paginis primum a me examinatis honorifice ad ordinem philosophorum et historicorum academiae Uindobonensis rettulerit, ille me in quaestione a meis studiis satis aliena consilio atque opera et disputationibus suis transmissis benigne adiuuerit. Quibus uiris optime de hac editione meritis meritam debeo habeoque gratiam.

Tum magna laude mihi nominandus est *D. Antonius Spagnolo*, uenerabilis Ueronensis bibliothecae capitularis praefectus, qui curae meae in pretiosissimo codice perscrutando positae quacumque ratione humanissime atque liberalissime fauit.

Ne uiros doctos integra codicis huius rescripti uerba iam pridem exspectantes diutius morarer (quam moram muneris academici occupationibus aliisque litterarum studiis allatam me ipso nemo aegrius fert), priore hac parte omnes

1) Cf. eiusdem *Chronica minora* III, 382 sq. — 2) U. quae in *actorum academiae Uindobonensis* uol. CXXXIV. (a. 1896) disp. XI. exposui. — 3) Sunt laterculi huius editionis IX, XIII, XIV (u. 1—23 lacunosi), XXIV, XXIX—XXXII, 20, XXXXI, XXXXIII sq., LIII (1—16 cum lacunis), LIV, LVII (non absolutus), LVIII, omnes fere faciliores lectu, quos recognoui atque suppleui. Ceteras sexaginta quinque palimpsesti paginas, quarum quaeque plus mille litteras continet, ipse primus legi.

palimpsesti laterculos quam accuratissime potui lectitatos cum trium foliorum[1]), quae quidem optime effingi potuerunt, imaginibus proponere constitui, quam posterior iam praeparata pars, qua *Epilegomena* et *Indices* continebuntur, mox sequetur.

Quoniam plura in Epilegomenis tractaturus sum, hic pauca primum de codice eiusque aetate, tum de meis collationibus, denique de ratione et uia, quam in edendis palimpsesti uerbis inii, proferre mihi in animo est.

Atque in codice quidem, de quo agimus, Ueronensis bibliothecae capitularis LV. (53), membranaceo, forma octaua Isidori Sententiarum libri tres insunt octauo fere saeculo Langobardicis litteris scripti[2]). Constat autem codex foliis undecentum, ex quibus duo ultima (98 et 99) Isidori scriptura uacant. Altera uetustior scriptura subest foliis quadraginta uni, quae nunc numeris 33, 34, 61—99 signantur. Ab his numeris illos, quos in disputatione academica indicaui, a folio 45 discrepare, inde explicatur, quod, postquam duobus foliis falso inscribi numerum 45 publicaui, omnes deinceps notas ita mutatas repperi, ut priora folia 45[b] usque ad 98 hodiernis foliis 46 usque ad 99 responderent. Iam primum prisci codicis folium (siue 89 Isidoriani) non Didascaliae apostolorum inscriptionem[3]), quam suspiceris, praebet, sed scriptura unciali exaratos fastos consulares ab anno p. Chr. n. 439 usque ad a. 486, qui hoc anno transcripti neque paulo post semiuncialibus litteris ad a. 494 continuati sunt. Quae manus manui, quae item semiunciali scriptura non solum antiquissima, sed etiam formosissima codicem Latinae et *Didascaliae* et *Canonum* interpretationis confecit, mihi uidetur aequalis fere neque tamen plane similis. Summa uero atque adeo gemella similitudo intercedit inter hanc translationis scripturam et manum

---

1) Respondent laterculis I, VII, LXXVIII; praeterea Th. Sickel iam a. 1858 in *Monum. graph.* fasc. I, 2 imaginem laterculi L bene expressit eo partem *Homiliarum incerti auctoris* contineri opinatus. — 2) Cf. A. Reifferscheidii *Bibl. patrum Latin. Ital.* I, p. 98 sq. — 3) Etsi interpres Latinus nomen *Doctrinae apostolorum* (cf. ad I, 1) praetulisse uidetur, tamen usitatam significationem retinui, ne haec cum uetustiore Doctrina apost., quae a Bryennio a. 1873 Constantinopoli detecta *Διδαχὴ τῶν δώδεκα ἀποστόλων* inscribitur, confunderetur.

palimpsesti *Recognitionum Clementinarum*, quae in codice Bobiensi bibliothecae Ambrosianae (*C. 77 sup., membr. in 4°*) item tribus Isidori Sententiarum libris VII. uel VIII. saeculo scriptis subsunt[1]). Hanc scripturam si uiri artis palaeographicae peritissimi recte ineunti sexto saeculo tribuerunt, iam codicem Didascaliae et Canonum Ueronensem eiusdem aetatis esse efficitur. Illud autem fastorum folium ex paulo uetustiore aliquo codice restare coicias, in quo folio Didascaliae inscriptio olim fortasse miniatis litteris depicta saec. fere VIII. aut abluta aut abrasa hodie plane euanuit. Qua scripturae aetate probata tamen interpretationem ipsam aliquanto ante sextum saeculum factam esse persuasum habeo. Namque ex integris uersibus suppletis et aliis correcturis codicem rescriptum iam ex altero Latino exemplari transcriptum et emendatum esse concludo. Mihi cum hoc spectanti, tum s. scripturae locorum naturam et totius sermonis proprietates, qui cum Latinitate interpretationum ueteris et novi testamenti ante Hieronymum confectarum maximam partem congruit[2]), perpendenti ante V. saeculi initium, fortasse Ambrosii aetate[3])

1) Cf. A. Peyronis editionem *M. Tulli Ciceronis orationum pro Scauro . . fragm. inedit.* (Stuttg. et Tub. 1824), p. 195 ssq. et Reifferscheidi *Bibl. patr. Lat. It.* II 1, part. tert. p. 70 sqq. — 2) Cf. quae de ea re in illa disputatione explicaui et in posteriore editionis parte de sermone exponam. Hic leuiter tango apud interpretem non solum multas formas memorabiles inueniri, ut VI, 11 *meletricis*, LV, 12 *cinus* (quod XL, 2 retinuisse malim), LX, 24 sq. *funicula*, LII, 26 *iugus*, XXXXVIII, 10 *quabus*, sed etiam aut uocabula primum usurpata, uelut LVI, 26 *adproximatio*, XI, 9 *compopulari*, XXXXII, 23 *concibare*, XXXIV, 20 *conuidua*, LVI, 12 *diminuare*, XXXIII, 17 *gluterix*, IL, 1 sq. *indestructibilis*, LXXX, 23 *infug(i)are*, LXVI, 12 *thensauratio*, aut nouas significationes saepe occurrere, cf. XXVII, 23 *contractator* (notione diuersa a *contrectatore*), LIV, 16 sq. *emolumentis* (positum ut uidetur pro *elementis*, στοιχείοις), IL, 24 sq. *manuale* ('medicinale ferramentum, quod et circumcidit praeputium'), LXV, 10 *narrabilis* (ui actiua, διηγητικός), multa alia. — 3) Didascaliam Graecam et Canones ecclesiasticos apostolorum *Funk* priore, alii uiri docti posteriore tertii saeculi parte in Palaestina uel Syria scriptos esse probauerunt. Alteros Canones, qui Aegyptiorum nominantur, sed antea Syrorum fuisse uidentur (cf. LXXVI, 32) quique eodem modo apud Coptos et Aethiopas cum Canonibus eccles. conexi sunt, *Io. Achelis* et *Ad. Harnack* octauo Constitutionum apost. libro uetustiores, *Funk* (etiam nuper in ephem. 'Theolog. Quar-

hanc interpretationem esse ortam ueri simillimum est. Quare codex Graecus, ex quo archetypus Latinus fluxit, certe exeunte uel potius medio quarto saeculo antiquior putandus est.

Hac quaestione, quoad hic necessarium uisum est, tractata pauca de meis collationibus adiungam. Atque postquam in disputatione academica, quam supra laudaui, duodecim paginas (laterculos huius editionis VII—X, XIII, XXI sq., XXIX sq., XXXXI, XXXXIII sq.) paucis diebus lectas anno huius saeculi LXXXXVI. publicaui, duos insequentis autumni menses ad totum fere codicem perquirendum impendi. Deinde anno post, cum Ueronam iterum attingerem, non modo dubios quosdam locos, quos quominus penitus pernoscerem aut pergamento uariis uenenis infuscato aut caelo pluuio obscuroue impeditus eram, sed etiam alias plerasque palimpsesti partes otiose recognoui atque absoluisse mihi uideor. Quare quae primum publicaueram folia aliquot locis hac in editione emendatiora prodire, non est, quod magnopere mireris, praesertim si reputaueris maxime cadere in codicum rescriptorum lectionem illud '*Dies diem docet*' neque quicquam fere profici ab homine quamvis exercitato festinatione aut inuito sole, qui mihi primum iterumque peregrinato raro arrisit.

Collatione igitur palimpsesti, ut opinor, perfecta ad ipsam editionem parandam aggressus haec potissimum sum secutus. Ordinaui ante omnia laterculos ad compositionem ueteris codicis, quo et Didascaliae et Canonum, qui s. apostolorum et Aegyptiorum dicuntur, interpretatio Latina continebatur. De tredecim quaterniorum ueterum ordine quoniam in Epilegomenis expositurus sum, hic dixisse sufficiat eorum dispositionem recuperari posse primum ex foliorum conexu[1]), deinde ex quaternionum numeris (I, VI, X), qui in exeuntibus laterculis X, XXXIV, LII siue in codicis foliis 88^{u}, 93^{u}, 90^{u} seruati exstant. Accedit, quod de ambitu partium Didascaliae, quae interciderunt, quoniam Graeca eius uerba ad hanc me-

talschrift', 1898, p. 513 sqq.; cf. ibid. 1899, p. 161 sqq.) iuniores esse putat. Spissam hanc quaestionem fragmentis Latinis magis illustrari posse spero.

1) Hoc loco ad ea, quae in disputatione acad. commemoraui, adiungere liceat folia 33 et 34 inter sese non cohaerere.

moriam non uenerunt, ex Syriaca interpretatione, quam *P. A. de Lagarde* anno 1854 publicauit, et ex prioribus sex libris Graecis Constitutionum apostolorum (cf. eiusdem Lagardii editionem Teubnerianam, Lips. 1862) semper fere ad satis certum iudicium peruenire licet. In Graeca autem Didascaliae forma, quam Lagarde restituere conatus *Didascaliam puriorem* inscripsit[1]), plurima genuina esse omissa neque minus multa ex interpolatis Constitutionibus male recepta aut mutata esse, id quod Fr. X. Funk[2]) iam prius diuinauerat, nunc palimpsesto Ueronensi ad liquidum perductum est; cuius manum etiam multo propius quam Syrus potuerit ad Graecum exemplar accedere, non est, quod hic pluribus demonstrem. Tum quomodo Canones ecclesiastici, qui dicuntur apostolorum, quorum partem praebent laterculi LXV—LXVII, 30, sese excipiant, cum continuatione sententiarum, tum codice Uindobonensi hist. Graeco 7 (olim 45) edocemur, cuius uerba post tot uirorum doctorum editiones non sine ullo fructu denuo collata Latinis fragmentis apponenda esse censui. Denique de ordine laterculorum LXVIII, 14 — LXXX, quibus Canonum, quos Aegyptiorum uocant, reliquiae seruatae sunt, ex Copticae interpretationis et Aethiopicae[3]) capitum serie dubitari nequit, licet Latinus forma his multo antiquiore atque probiore excellat et, id quod summi momenti est, precum formulas a Copto omissas fideliter seruet. In hac quoque parte precationi, quae fit, cum episcopus ordinatur, Graecum exemplum adiunxi, nouis codicis Oxoniensis (Barocc. 26 bibl. Bodl.), Monacensis (Gr. 380), Uaticani (Gr. 828) collationibus[4]) usus, quarum primam historiae

1) In libri, cuius index est *Christianity and Mankind, their beginnings and prospects. By Christian Charles Josias* **Bunsen**. Uol. VI (*Philolog. sect.: Analecta Ante-Nicaena* Uol. II), London 1854, p. 225—338 (u. ibid. p. 45—224). — 2) Cf. eius librum 'Die Apostolischen Konstitutionen. Eine litterar.-historische Untersuchung. Rottenburg am Neckar 1891,' p. 41 sq. — 3) Harum interpretationum editiones grauissimas in p. 93 attuli. — 4) Hos codices ad unum archetypum redire patet; Oxon. saepius uerum seruauit quam alteri codices maxime inter se cognati. At Uindobon. codicem, quem Lagarde ad hanc quoque partem laudat, neque *Goeldlin,* custos huius bibliothecae peritissimus et ad iuuandum promptissimus, inuenit neque ego detegere potui; nam in cod.

ecclesiast. lector doctissimus *Uernon Bartlet* Oxoniensis, alteram doctor phil. *Iosephus Sickenberger* Monacensis, tertiam *Ioannes Penzel* meus, doctor phil. Uindobonensis, accurate confecerunt mihique libenter permiserunt. At particulae illi in laterc. LXVII, 31 usque ad LXVIII, 13 seruatae, qua ab apostolorum Canonibus ad Aegyptiorum, qui uocantur, Canones transitus fit, Constitutionum apost. l. VIII caput 3 addere ab animo impetrare non potui, quod haec uerba Graeca, etsi Latinis similia esse et cum iis cohaerere patet, tamen in singulis satis recedunt neque ex Constitutionum libro VIII. antiquam hanc Canonum Aegyptiorum formam pendere crediderim.

Praeterea numeros XXVI capitum, in quae Syriaca Didascalia diuiditur, Latinae interpretationi de industria non addidi, quia sine dubio recentiori aetati debentur et plerumque palimpsesto non probantur (cf. XXIV, 30; XXXIX, 33; XXXXIV, 20; XXXXV, 9). At indices, qui in hac interpretatione exstant (uelut XXI, 11 sq. *De Manasse*), retinui, sed eos ex notis margini ascriptis in textum, qui uocatur, irrepsisse ratus uncinis a genuina Didascaliae oratione separare malui.

Uerba ipsa palimpsesti codicem quantum potui secutus ad singulos eius uersus repraesentaui. Atque primum quidem litteras maiusculas et interualla inter enuntiata et cola conspicua, ubi sine sententiae detrimento seruari potuerunt, in textu imitatus sum; ubicumque uel in his rebus a codice discessi, in apparatu critico indicaui. Item per compendia

---

hist. Graec. 7, fol. 3[u] ex hac precatione praeter prima uerba *Ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν καὶ θεὸς πάσης παρακλήσεως* nihil exstat et reliquis, qui uulgo commemorantur, manu scriptis Uind. Constitutionum libri continentur; in quorum octauo non haec simplex ueraque oratio, sed lata illa atque docte amplificata forma exstat, quae miro quodam modo cum manu interpolatoris ceterorum librorum concinit. Hic in transitu addo patriarcham Antiochenum Syrorum *Ign. Ephr. Rahmani,* qui nuperrime *Testamentum Domini nostri Iesu Christi* (Moguntiae 1899) primum edidit, mihi minime persuasisse breuem Ueronensem precationem manasse ex fusa Testamenti, id quod p. XXII sqq. contendit (u. nunc etiam *Funkii* disputationem in actis litt. 'Katholik' 1900, p. 1—14 et *Ad. Harnackii* sententiam in ephem. 'Deutsche Litteraturzeitung' 1900, p. 99 publicatam).

scriptas formas aut nominum *dominus* (pro quo partim *dom.*, partim *dns.* legitur), *Deus, Christus, Iesus, spiritus, sanctus* aut syllabarum *-que* et *-bus* dissoluere eas quidem, sed ita reddere haud dubitaui, ut fidelior codicis imago legentibus praeberetur neue apparatus ambitus iusto plus augeretur. Simili modo uirgulas pro *m* aut *n* litteris in uersuum fine positas significaui, ut has consonantes lunulis includerem, uelut *eu(m), no(n)* edidi pro codicis *eu*⁼, *no*⁼. Deinde orthographicas et grammaticas formas, quas ab interprete ipso profectas esse existimo, retinui omnes; ubi uero librariorum manu uel prima uel altera aliquid nouatum esse suspicatus sum, inclinatis litteris usus aliam lectionem in codice exstare notaui eamque in apparatu attuli. Hic illic, ut alios uulgarium scriptorum editores fecisse uideo, perspicuitati sententiae formas quasdam fortasse ab interpretationis scriptore ipso confusas sacrificandas esse putaui; quare *labor* et *lauor, auet* et *habet, decimabit* et *decimauit*, alia h. g. discreui atque aequalitatis et indicis causa formas *[h]onerati*, *⟨h⟩ebdomadas* imprimendas curaui. Sed in his quoque rebus nisi monito lectore nihil umquam mutaui. Tum in uerbis s. scripturae ut in reliquis solos fere apertos librarii errores emendaui neque me ad immodicam corrigendi licentiam abripi passus meas saepe dubitationes de locis obscuris uel ab interprete ipso non satis exercitato male intellectis aut consulto oppressi aut in apparatu attigi aut in Epilegomenis prolaturus sum. His ceterisque locis, qui aut formis nouis uulgaribusue aut alia denique causa memorabiles sunt, stellulam (*) adiunxi. Qui omnes in altera editionis parte inprimis respicientur. Iam in *apparatu critico* scripturas manus primae (*m.*¹) diligenter ab correcturis manus alterius (*m.*²), quae aetate non multo posterior est, secernere studui, quamquam locis quibusdam distingui uix possunt; uelut in *o* et *u* uocalibus specie inter se simillimis saepe dubitare licet, utrum *m.*¹ hanc aut illam scripserit an *m.*² siue leui ductu siue rasura uocalem alteram in alteram mutauerit. Manum primam, cum aliquotiens ipsa se emendauerit, ubi ab altera manu mihi internoscere non contigit, significaui m. correctricem (*m. corr.*). Litteris non plane quidem certis, sed probabilibus unum punctum, dubiis duo puncta suppo-

nenda curaui, unde cuique apparatum inspicienti singularum lectionum fides manifestior fieret. Ibidem litteras contignatas enumeraui omnes.

In testimoniis adferendis locutiones saepius in s. scriptura obuias, uelut *in odorem suauitatis* (XXVIII, 5; cf. LXIX, 21) omittendas censui. Me ceteris locis laudandis operam quidem dedisse fateor, sed, quod me sine dubio haud pauca fugerunt, uiros earum rerum peritiores ueniam daturos esse spero. Aliis quoque rationibus editionem hanc principem emendari posse non sum ignarus.

Restat, ut omnibus uiris, qui me in fragmentis his publicandis iuuerunt, quam maximas agam gratias. Praeter eos, quos supra commemoraui, professores doctissimi *Gust. Guilelm. Hugo Bickell* et *Eberhard Nestle* cum *Francisco X. Funkio* me de compluribus Didascaliae Syriacae locis, collega *Iacobus Krall* de Coptica interpretatione, professor spectabilis *Alb. Ehrhard* de locis quibusdam ueteris Testamenti beneuolentissime docuerunt et candid. *Stuelcken* per professorem dd. Schubertum Kiliensem coniecturas quasdam mecum communicauit. Neque minorem gratiam me referre profiteor omnibus uiris criticis, qui benigni disputationis meae censores fuerunt; inter quos mihi inprimis nominandi sunt *Io. Achelis, Fr. X. Funk, P. Lejay, A. Spagnolo, C. Weyman, Ed. Woefflin*[1]).

Haec fere praefanda, alia grauiora reseruanda esse putaui. Te autem faustis ominibus prosequor libellum e nidulo euolare cupientem, ut cum uiris doctis communices non uno nomine pretiosa fragmenta Ueronensia, quae diu oblitterata et obliuione sepulta iam renascantur atque reuiuiscant ad studia theologica et philologa iuuanda.

Scr. Uindobonae,
exeunte mense Decembri a. MDCCCIC.

Edmundus Hauler.

1) Quae censurae insertae sunt his actis litterariis: Theolog. Literaturzeitung 1896, p. 546 sqq.; Deutsche Litteraturzeitung 1897, p. 245 sqq.; Revue critique 1896, p. 477 sq.; Rivista bibliogr. Italiana I, p. 272; Wochenschr. f. klass. Phil. 1896, p. 1145 sq. (Byzant. Zeitschr. 1897, p. 192); Archiv f. lat. Lex. IX, 522. X, 309 sq.

SIGLA.

* stellula uocabulo textus addita significatur id in apparatu siue in altera editionis parte tractari aut commemorari; in apparatu unius litterae lacunam indicat.
[ ] hoc signo abicienda inclusi, hoc
⟨ ⟩ contra palimpsesti fidem addita.
( ) lunulis ad compendia dissoluenda usus sum (cf. p. XI),
† cruce ad corrupta denotanda.
noṃen — m litteram probabilem,
nom̤en — m litteram dubiam,
no*m*en — m coniectura restitutam significat.
AA. = Analecta Ante-Nicaena, ed. Bunsen-Lagarde, cf. p. IX.
CA. = Constitutiones apostolorum, ed. Lagarde, cf. p. IX.
Did. = Didascalia apostolorum.
Gr. = Graecus (textus Didascaliae, qui ex Did. Syriacae consensu cum CA. diuinatur).
Lag. = Lagarde.
Syr. = Syrus, Didascalia Syriaca.
lac. = lacuna.
om. = omisi, omissum tal.
s. l. = supra lineam (supra uersum).
s. s. = supra scriptum.

CORRIGENDA.

Laterc. I, 35 Post ⟨*e*⟩*am* dele uirgulam.
XXXX, 2 *cinus* et
XXXXII, 18 *demones* formae retinendae.

DIDASCALIAE APOSTOLORUM

FRAGMENTA UERONENSIA.

DIDASCALIAE APOSTOLORUM FRAGMENTA VERONENSIA.

I et II.

A(nalecta) A(nte-Nicaena, ed. Lag.) p. 45, 5—48, 1 (Didasc. purior p. 225,1—227, 13); C(onstitutiones) A(postolorum, ed. Lag.) I, c. 1, p. 1, 5—c. 2, p. 3, 23.

I D(e)i plantatio uineae cat⟨h⟩olica ecclesia eius et electi sunt, qui crediderunt in eam, quae sine errore est uera religio, qui aeternum regnum fructuantur* et per fidem regni eius uirtutem acceperunt et participationem s(an)c(t)i eius sp(iritu)s, armati per ipsum et succincti timorem eius, asparsionis participes honorificandi et innocentis sanguinis Chr(ist)i, qui fiduciam acceperunt omnipotentem D(eu)m patrem uocare, coheredes et conparticipes dilecti pueri eius. Audite doctrinam sacram, qui promissionem eius desideratis ex iussione saluatoris, consentienter gloriosis sonitiis* eius. Custodite, D(e)i fili, omnia ad oboedientiam D(e)i agere et estote beneplacentes in

I (Fol. 94r, *u. imaginem*; Quat. I, p. 3) 7 ssq. *Cf.* Petr. I 1, 2, 17, 19 10 sq. *Cf.* Ephes. 3, 6

Tituli ('Doctrina Apostolorum' *ut uid., cf.* I, 11 *et* XXXXVII, 31) *olim miniati nullum uestigium certum* **I** 1 *uersus item miniatus perdifficilis lectu:* D̅ị̅ plantatio uịṇẹae catoḷica (*cf.* XXV, 1, 9 *al.*) ecçlesịạ. *Syr., CA., Epiph. Haer.* 45, 4: et uinea 2 eị(*siue* eṭ)us eṭ eḷẹçṭị; *Syr.* et *atque* sunt *om.* crediderụnt in eaṃ 6 succinçti 7 ṃorem 8 *Syr.:* Dei magni Iesu Christi *interpolans* 9 ḍm̅ pạ 10 ụocare 13 ṣoni (ṣ *littera siue* f̣; *cf.* III, 12; *CA.:* φϑογγαῖς) 14 tịịṣ (*siue* tụṣ) eiuṣ (*Spat. duar. litter. uacat*) Cusṭoḍite aḍ ọboedi

I omnibus d(omi)no D(e)o nostro. Si quis enim iniquitatem sectetur et ea, quae contraria sunt n*u*mini d(omi)ni D(e)i nostri, agat, ut gens iniqua aput D(eu)m qui eiusmodi est aestimabitur. Abstinete igitur ab omni auaritia et malitia et nihil concupiscitis; nam et in lege scriptum est: Non concupisc*e*s uxorem proximi tui aut puerum aut puellam eius; quoniam omne, quod tale est, desiderium de maligno est. Qui enim desiderauerit uxorem proximi aut puerum aut puellam eius, iam adulter et fur est et ut corruptor iudicatus a d(omi)no et doctore nostro Ie(s)u Chr(ist)o, cui est gloria in saecula; amen. Dicit enim in euangelio recapitulans et co(n)firmans et conplens decalogum legis, quoniam in lege scribtum est: 'Non moechaberis;' ego autem dico uobis (id est: in lege per Moysen locutus sum, nunc autem ipse uobis dico): 'Omnis, quicumq(ue) intenderit in mulierem proximi sui ad concupiscendum ⟨e⟩am, in cor-
II de suo, iste iudicatus est moechus, quoniam desiderauit. Qui autem bouem aut asinum concupiscit proximi sui, nonne furare et abducere cogitat ea? Aut hic iterum, qui agrum desiderat, non id malignatur, ut terminos eius

---

22 sq. Exod. 20, 17 30 ssq. *Cf.* Matth. 5, 27 *sq. et CA. l. l.*
II (Fol. 94[u]; Quat. I, p. 4)

---

17 sunt (nt *contign.*) 18 nomini domini . . nostri *om. Syr. et CA.* gens iniqua·aput (ut *contign.*) 22 concupiscis (p *in ras.*); *Gr.*: *ἐπιθυμήσεις* 23 erum aut omne 24 enim de 25 puerum aut 26 et fur cor 27 ruptor iudicatus 29 **D**icit (**D** *procurrit, quasi noua sententia uel sectio incip.*) euangelio (ge *mutil.*) et co˜ 30 quoni 31 scribtum 32 ego autem dico uobis id est 33 locutus dico 35 ∗ am (eam *aut* iam). *Excidit fort. post* πρὸς τὸ *ἐπιθυμῆσαι αὐτήν* (ad concupiscendum eam) *membrum simil. cadens* *ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτήν* (iam moechatus est eam), *quod (nescio an redundanter) exstat apud Syr. et in CA.*

II 5 id terminos eius (us *contign.*)

II

inuadens cogitat* eum pro nihilo ei distrahere rem suam? Propter haec igitur homicidia, mortes, condemnationes ad eos, qui tales sunt, subsecuntur. Eis autem hominib(us), qui oboediunt D(e)o, una lex est sinplex, uera, sine quaestione Christianis constituta: Itaq(ue) quod tibi fieri ab alio non uis, tu alio* ne feceris. Non uis uxorem tuam ut quis attendat in malo ad corrumpendum eam; nec tu proximi tui mulierem adtendas in malo. Non uis palleum* tuum ab alio tolli; nec tu alio tuleris. Non uis uulnerari aut iniuriam pati aut detractari* de te; nec tu alio ita facies. Sed maledicat te quis; tu benedic illum, quoniam scribtum est in libro Numerum: Qui benedicit, benedicetur, et qui maledicit, maledictus erit. Propterea similiter et in euangelio scribtum est: Benedicite maledicentes uos. Eos, qui uos nocent*, nolite renocere, sed sustinete, quoniam dicit scribtura: Ne dicas: 'Noceam inimicum meum, quoniam me nocuit', sed sustine, ut d(omi)n(u)s tibi adiu*u*et* et uindictam faciat super eum, qui te nocuit. Nam

---

12 sq. *Διδ(αχὴ τῶν δώδεκα ἀποστ.)* 1, 2: *Πάντα δὲ ὅσα ἐὰν θελήσῃς μὴ γίνεσθαί σοι, καὶ σὺ ἄλλῳ μὴ ποίει*; *cf.* Tobias 4, 15, Clem. Alex. Strom. II 23, 139, Recogn. Clement. VIII, 58 *et praeter alia* Isocrat. Nicocl. 61, Lamprid. in uita Alex. Seueri 51, 7 (quod a quibusdam siue Iudaeis siue Christianis audierat —: 'Quod tibi fieri non uis, alteri ne feceris'). *Adfirmatiua sententiae forma apud* Matth. 7, 12 *et* Luc. 6, 31 (*cf.* Funkii Doctr. duod. Apost. p. 4 sq.) 20 ssq. *Cf.* Num. 24, 9 *et CA.* 23 Luc. 6, 28 (Matth. 5, 44; Rom. 12, 14; *cf. Διδαχ.* 1, 3) 25 ssq. *Cf.* Prouerb. 20, 12 (22) *et CA.*

---

6 cogiṭaṭ (*intens. esse possit pro* cogat, *Gr.*: *ἀναγκάσῃ*; *cf.* Roenschii Italae[2] p. 352 sq.); *an* cog[it]at *scrib.?* 7 homicidịa 9 sụḅsecunṭur 10 d̄ọ eṣṭ sinpḷẹx ụẹra 11 constitutạ 13 aṭṭendat 14 ṭụ pṛọ 15 mulierẹm adtẹndạṣ 19 maledicạṭ (*siue* ịṭ) illụṃ 22 tuṣ 23 malediçenṭes 24 noliṭe renoçere 26 inimịçum ṃeum quonịam 27 d̄ṇṣ adiubeṭ

II iterum in euangelio dicit: D i l i g i t e o d i e n t e s u o s e t o r a t e p r o m a l e d i c e n t i b u s u o s e t i n i m i c u m n u l l u m h a b e b i t i s. Intenti igitur simus mandatis istis, dilectissimi, ut fili lucis inueniamur, cum ea agimus. Portate ergo sicuti serui et filii D(e)i inuicem, ita ut uir mulierem suam, non ut superbus aut elatus

III—VI.

AA. p. 50, 12—53, 13 (p. 229, 5—231, 21); CA. I, c. 5, p. 6, 12—c. 7, p. 9, 13.

III et euangelium, plenitudinem eorum omniu(m). Gentiles autem libros penitus ne tetigeris. Quid enim tibi est cum alienis uerbis uel legibus aut pseudoprofetis? Quae facile leuiorib(us) hominib(us) errorem praestant. Nam quid tibi deest in uerbo D(e)i, ut ad illas gentiles fabulas aspergas*? Si uis storias* legere, discurre et habes Regnorum; si autem sofistica et poetica, habes Profetas, in quibus totius poetiae et sofistiae maiorem [maiorem] narrationem inuenies, quoniam d(omi)ni, qui solus est, sapientia et sonitus sunt. Si ue-

---

29 ssq. *Διδαχή* 1, 3: *Ὑμεῖς δὲ ἀγαπᾶτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς καὶ οὐχ ἕξετε ἐχθρόν*; *cf.* Luc. 6, 27 sq. *et* Matth. 5, 44.

III (Fol. 72ᵘ; Quat. I, p. 7)

---

29 ịtẹṛum ḍicit (ḍ *mutil.*) 30 eṭ oraṭe 31 micuṃ nuḷḷuṃ 32 dilẹctissịmi ụt fili ḷuçis 33 ea (*Spat. duar. litt. uacat*) Agimus portate 34 inuicem (*Spat. duar. litt. uac.*) Ita

III 1 *CA.*: (*ἀναγίνωσκε . . . . τοὺς προφήτας, . . . διέρχου ἐπιμελῶς*) *τὸ εὐαγγέλιον*; *Syr. om. διέρχου ἐπιμ.*; *praecessisse igitur uid.* ⟨lege . . Profetas⟩ et euangelium *et quae seq.* 2 te(*m.*[1] *corr.* e *ex* i)tigeris 5 erṛorem 7 aspergas *compos. pergendi*; *Gr.*: *ὁρμήσῃς* *CA.*: *εἴτε γὰρ ἱστορικὰ θέλεις διέρχεσθαι, ἔχεις τὰς βασιλείους*; *at uix* legere ⟨et⟩ discurre⟨re⟩, [et] h. *scribendum, ut* et *particula in archetypo s. l. addita falso loco sit inserta*; *etiam minus probabiliter* legere *ut interpretationem delebis* 8 sị autem sofis*tica (*litterula, fort.* i, *eras.*) 9 ịn quịbus 10 *Gr.*: *ποιήσεως καὶ σοφιστείας* maiorem *repetit. m.*[1] *del.*

III ro canticorum desideras*, habes Psalmos; si autem initium generationis mundi, habes Genesim; aut si leges et praecepta, habes gloriosam d(omi)ni legem. Ab omnibus igitur his tam alienis et diabolicis scribturis fortiter te abstine. Tamen et cum legem legis, ab omnibus praeceptis eius et creaturis longe te abstine, ut non te ueteribus et, qui non possunt solui, laqueis conliges et [h]oneres. Nam etsi aliquando legis, [bis] tantum ad hoc lege, ut scias et magnifices D(eu)m, quia de tantis et talibus nos ligaturis eripuit. Hoc autem tibi sit ante oculos, ut cognoscas, quid est lex et quae post legem secunda legatio* his, qui per legem et per repetitam alligationem [eoru(m), qui]* in deserto tanta peccauerunt, et quanta eis inposuit onera. Lex autem est, quae locutus est d(omi)n(u)s D(eu)s, antequam populus uitulum faceret et ad idolatriam conuerteretur, id est decalogus et iudicia.

Et ea autem, quae post idolatriam eis ma(n)dauit et digne ut legationes* inposuit,

IV tu autem tibi uincula noli adtrahere. Nam saluator noster propter nihil aliud uenit, nisi ut legem inpleat et uincula secundationis legis infirmaret. Unde eos, qui de ple-

---

IV (Fol. 72r; Quat. I, p. 8) 2 ssq. *Cf.* Matth. 5, 17

---

13 *Gr.*: *εἴτε ᾀσματικῶν ὀρέγῃ* 15 *Inter* genesim *et* aut *spat. duar. fere litt. uac.* 16 ḍn̄i; *Syr., CA.*: domini Dei 17 dịabolicis 19 *Syr.*: legis, simpliciter in ea lege et caue deuterosin praeceptis, *Syr.*: mandatis 20 creaturis, *Syr.*: praeceptis non ṭe 21 ḅus possunṭ 22 aliquando, *Syr.*: deuterosiṇ 23 bis *om. Syr., CA.* 25 aụtem 26 ọculos ut cọgnọscas 27 legatio (*i. e.* ligatio, *Gr.*: *τὰ δεσμὰ τῆς δευτερώσεως*; *cf. u.* 35); *forma propter antecedens* legem *fort. consulto posita* 30 quae (ae *contign.*) 31 pọpulus 32 faceṛet

IV 1 Tu (u *ex* o *m.*[1] *corr.*) 4 infịrṃaret ụnde ẹos qụi

IV be ei crediderunt, soluens ab ipsis uinculis ita eos uocauit dicens: Uenite ad me omnes, qui laboratis et [h]onerati estis. Tu ergo, qui sine [h]onere es et legis sinplicem et euuangelio consonantem legem et ipsud* euuangelium et Prophetas nec non et Regnorum, scire debes ex ipsis, quia quanticu(m)que* iusti fuerunt reges, a d(omi)no multiplicati sunt in hoc saeculo, et repromissio perpetu⟨a⟩e uit⟨a⟩e eis in regno D(e)i permanet, quanticu(m)que autem reges idololatr[e]ae * et praeuaricatores fuerunt, a D(e)o pessime in celeritate perierunt et a regno D(e)i alienati sunt et pro refrigerio poenam exceperunt.

Ergo haec cum leges, ualde poteris in fide crescere et aedificari. Et iterum, cum in foro ambulas, balneas uiriles utere*, ut no(n), cum ostendis corpus tuum reuelatum in confusione, et tu in laq(ue)o* incidas et facile facias mulierem in te laqueari. Obserua ergo, ne talia agas, et uiuis D(e)o. Discamus uero, in Sapientia quid dicat s(an)c(tu)m uerbum: [1]Fili, custodi mea uerba et mea ma(n)data absconde aput te ipsum; fili, honora D(eu)m et ualebis plus, et absq(ue)* illo alium ne timeas. [2]Custodi mea mandata et bene poteris uiuere, mea autem uerba sicut pupillam oculi: [3]inpone digitis tuis et scribe

6 sq. Matth. 11, 28 27 ssq. Prouerb. 7, 1—27.

5 soluẹns ạb ipsịs 6 Ita diçẹns ṃẹ ọṃ 8 siṇe 9 euuaṇgelio cọnsonantem 10 ṇon 11 ịpsịs quạnṭịçu ͞ 12 quẹ fuerụnt mụlṭiplicati 13 sunṭ perpẹtu 15 idololaṭṛẹạͤ (e *add. m.*[1] *s. l.*) 16 pessimẹ (*siue*-ṃọ) in celẹṛita 17 alienaṭi sunṭ 18 refrigerio 19 Ergo (*ut nouae sectionis initium*) 21 balṇeas utẹrẹ 22 tuụm 23 eṭ (*alter.*) 24 façịas 25 nẹ ṭạḷịạ ạgas et uiụis; *fort.* uiues *scrib.* (*Syr.*: ut D. uiuas) 26 sapịentia $\overline{\text{sçm}}$ 28 họnọ 30 custọdi mandaṭa p̣ọ 31 uiụere sicụṭ p̣u 32 oculis (s *expuncta uid. esse*) ṭuiṣ

ea in* latitudine cordis tui. [4]Dic sapientiam sororem tuam esse, notam autem prudentiam fac tibi, [5]ut te custodiat a muliere aliena et maligna, si te uerbis gratio- IV
V
sis coeperit abalienare [et maligna, si te uerbis gratiosis coeperit abalienare]. [6]De fenestra enim domus suae in* plateis prospiciens, [7]quemcumque uiderit iuuenem insipientem [8]transeuntem per angulum itinere domus eius et loquentem [9]in tenebris uespertinis, cum nocturna quies est, [10]mulier autem ei occurrit speciem habens meretricis, quae facit iuuenum euolare corda; [11]luxuriosa est autem et effrenata, in domo autem non quiescunt pedes eius: [12]tempore enim aliquo foris uagatur, tempus autem in plateis per omnes angulos obsedet*. [13]Et post haec adpraehendens osculata est eum, inruborato* aute(m) uultu dicit ad eum: [14]'Sacrificium pacificu(m) mihi est, hodie reddo uota mea. [15]Propter hoc exii in* occursu tuo, desiderans faciem tuam, inueni te. [16]Institis extendi lectum meum, tapetis autem straui ab Aegypto; [17]asparsi lectum meum de croco,

---

V (Fol. 73[u]; Quat. I, p. 9)

---

34 nontam (n *alt. del. uid. m.*[1]; *fort. m.*[2] *etiam* no *induxit et* a** *add.*: *an uoluit scribere* amicam?) 35 ṭibi

V 2 sq. et maligna si te | uerbis gratiosis coeperit abalienare *del. m.*[1] (*ut uid.*) 4 neṣtra in plateis *uix mut.* (*Gr.*: εἰς τὰς πλατείας), *cf. u. 19, 28, 35* 6 sipienṭẹm ṭranseuntem *Post* angulum *nihil praeterea script. fuit* (*Gr.*: ἐν διόδοις) 7 loqueṇṭem 11 ọorda eṭ eḟṛẹ 12 qụiescụṇṭ pẹ 15 haẹc adpraehẹṇ 16 ẹụṃ inrụbọrato (*pro* -rụbọr *legi potest* -rọbụr) 17 ḍiçit aḍ eụm sacrificiụm pacifiçụ⁼ 18 hodiẹ ṛeddo ụọta mea propṭer 19 exii-in (i *sec. et tert. ex* n *m.*[1] *corr. uid.*) 20 insṭịtis (*pro* sṭị *minus probab.* sụ) 21 auṭem 22 gyptọ asparsị ḷectum croçọ

V domum autem meam de cinnamomo. [18]Ueni et fruamur* amicitias usq(ue) ad lucem, ueni, inuoluamur in amore. [19]Non enim est maritus meus in domo, abiit iter longum [20]ligaturam pecuniae accipiens in* manu sua; post dies multos ueniet in* domo sua'. [21]Seduxit autem illum per multam loquellam, laqueis autem labiorum adtraxit eum. [22]Quique secutus eam est percussus, sicut bos ad occisionem ducitur et ut canis ad ligaturam [23]et sicut ceruus sagitta percussus in ⟨h⟩epar; festinat autem sicut auis in* laqueo nesciens, quoniam
VI de anima est ei certamen. [24]Nunc igitur, fili, audi me et intende uerbis ori⟨s⟩mei: [25]Ne declinet in itinere cor tuum; [26]multos enim plagans occidit et sine numero sunt, quos interfecit; [27]in itinere inferorum domus eius deducens in inferiora mortis. [V, 1]Fili, meae sapientiae intende et meo intellectu* offer[t]* aurem tuam, [2]ut custodias cogitationem bonam; sensus autem labiorum meorum mando tibi. [3]Noli intendere fallaci mulieri; mel enim destillat de la*b*iis mulieris meletricis*, q(uae) ad tempus quidem inpinguat fauces tuas; [4]postea uero amariorem* felle inuenies

---

VI (Fol. 73[r]; Quat. I, p. 10) 6 ssq. Prouerb. 5, 1—14.

---

23 meam (ea *in ras. m.*[1]) dẹ cinnạmoṃo 24 fruamur amicitias (*Gr.*: *ἀπολαύσωμεν φιλίας*) 25 eṣt 26 ḍomo abiịṭ iṭer ḷọngum 27 *Cf. LXX*: *λαβὼν ἐν χειρὶ αὐτοῦ* 28 posṭ dies ṃultọs ueniet ịn 31 seçụtuṣ 32 siçut ọccisionem ducitụṛ et ụṭ çạ 33 ḷịgaturam 34 percussụs 35 neṣçienṣ

VI 2 ori (i *m.*[1] *corr. ex* e) 3 plagans (ns *contign.*) 5 iṭinẹre domụs (*siue* -ọs) 6 inferiọra morṭịs (*LXX*: *τὰ ταμεῖα τοῦ θανάτου*; *Ambros.* De Cain et Abel I 5, 15, p. 352, 8 *Sch.*: secessum mortis; *Vulg.*: interiora m., *sed cod. Amiat.*: inferiora m.) 7 aurẹm 10 intenderẹ ẹnim 11 deṣṭillat de laụiiṣ (*minus probab.* laḅiiṣ) 12 tẹmpụṣ fạuçes

VI

illud et acutiorem magis quam gladius bis acutus. [5]Insipientiae enim pedes deducent eos, qui utuntur eam, cum morte in infernum; uestigia autem eius non uidentur; [6]itinera enim uitae non sequitur; fallaces autem uiae eius et non bene cognit⟨a⟩e.

[7]Nunc igitur, fili, audi me et noli infirmos facere meos sermones. [8]Longe fac ab illa tuum iter, noli adcedere ad portas domus eius, [9]ut non prodas aliis uitam tuam et tuam conuersationem* his, qui sine misericordia sunt, [10]ut non repleantur alieni tuis uiribus et tui labores ueniant in domos alienorum [11]et penitearis* in ultimis, cum deterentur carnes corporis tui; [12]et tunc dicis: 'Quomodo [h]odio habui disciplinam et increpationes declinauit cor meum, [13]non audiebam uocem obiurgantis me nec opponebam aurem meam? [14]P⟨a⟩ene factus sum in omni malo.' Et ut non per multa extendamus correptionem, si qua praetermisimus, sicut sapientes q(uae)

VII—X.

AA. p. 55, 23—59, 23 (p. 233, 17—237, 1); CA. I, c. 8, p. 11, 22—II, c. 2, p. 15, 18.

VII

siderare t⟨e⟩. Si autem pe⟨c⟩caueris, et tu pe⟨r-⟩d⟨idi⟩sti ⟨u⟩itam tuam et conoxia* facta es a-

---

VII (Fol. 99[r] [*prius* 98[r]] *perforatum*, *u. imaginem*; Quat. I, p. 13)

---

14 acutiorem gladius (*aut* os) 15 acutus insipientiae (si *ex* sa *corr. uid. m.*[1]) 16 (dedu)cent (*LXX*: *κατάγουσιν*; *Lucif. Cal.* p. 14, 16 *Hart.*: deducunt) 17 sq. uidentur (*εἴδεται pro ἐρείδεται in Gr. exempl. uid. fuisse*) 26 labores domos (*aut* us) 27 alienorum ultimis 28 corporis tui et tunc 29 dicis, *fort.* dices *scr.* (*Gr.*: *ἐρεῖς*) hodio (h *m.*[1] *uid. del.*) 31 me (*minus probab.* dic) 32 opponebam

VII 1 siderare (d, a, e *perfor.*). t * (*CA.*: *εἰς τὸ ἐπιθυμῆσαί σου*; *fuisse uid.*: ad de|siderare te; *cf.* Roenschii Ital.[2] p. 430.) pe*c(*aut* e) au(cau *partim perfor.*) tu pe* 2 d** (*hastae reliquiae* d *litterae*

VII nimae illius. Et postea, si peccauerit in uno, despiciens se iterum ad aliud transiet* † cu(m) uenerit in profundum malorum, contempnit, et ueniet ei infamia et inproperium. Q(uae) ta⟨l⟩is autem est, iam uulnerat et laq(ue)at animas insipientium. Discamus igitur et eas, quae tales sunt, quomodo triumphat per ipsam Sapientiam s(an)c(tu)m uerbum. Dicit autem ita: Sicut inaures in nare porc⟨i⟩, ita mulieri maliuolae species. Et iterum: Sicut lignum uermis exterminat, sic per[di]dit uirum mulier malefica. Et iterum: [13]Mulier stulta et saeua indigens panem efficitur, quae nescit ruborem; [14]in ianuis dom⟨us su-⟩ae sedet super sellam adparens in plateis, [15]aduocans eos praetereuntes, dirigentes iter in uiis suis, et dixit: [16]Quisque ex uobis insipiens est, declinet ad me; et eis, qui sine sapientia sunt, praecipio dicens: [17]'Panes absconsos in pru[i]na suauiter edetis et aquam furtiuam dulcem bibetis.' [18]Et nesciens est, quia terrigin(a)e aput eam pereunt, et in p[l]et-

4 ssq. Prouerb. 18, 3   7 *Cf.* Eccl. 7, 27   11 sq. Prouerb. 11, 22   13 sq. *Cf.* Prouerb. 12, 4   14 ssq. Prouerb. 9, 13—18[a]

conueniunt)∗ṣ(*perfor.*)ṭị∗ịtam (am *litt. part. exesae*); *CA.*: *ἐπλημμέλησας* eṭ c̣ọ(*part. perfor.*)nọ(*dextra* ọ *pars exesa*)xia   es ạ   3 ṇịmae   4 dispiciens (d *litt. pallida, sed certa*)   ad aliud (*ἐφ' ἑτέρου Vat. 1 Pitrae in CA.*) transi^t^et (t *s. l. add. m. corr.*; *sed ex* AA. p. 56, 2 *ἐκτραπήσῃ ἀπηλγηκυῖα, καθά φησιν ἐν σοφίᾳ· ὅταν ἔλθῃ ἀσεβὴς εἰς βάθος κακῶν lacuna sic fere expl.* transiet ⟨cum sensu nullo, sicut dicit in Sapientia: Inpius⟩, cum   5 contemp   6 q · (*siue* qụæ̣)   7 ta∗is   8 ṃ(*perfor.*)as   -tium (*Spat. trium litt. uac.*) Diṣ(*super. pars exesa*) ca(a *perfor.*)mus   8—14 *om. Syr.*   10 ipsum (*m.*[1]; *m. corr.* a *s. s.*)   *Post* uerbum *eras. uid.* aute˜   11 ita s *in ras.* (*fuisse uid.* sicut)   porc̣∗   13 perdị   14 ḍit (*Gr.*: *ἀπόλλυσιν*)   uiṛum   iterum mụ   16 dom∗∗∗∗   20 sipiẹns (ẹ *perfor.*)   21 pientiạ (ạ *perfor.*)   22 pruina (*m.*[1]; -s *add. s. l. m. corr.*)   23 nescienṣ(*ex* ṭ *corr.*)esṭ (*LXX*: *ὁ δὲ οὐκ οἶδεν*; *Syr.*: ignorat)   24 sq. in plet¦aurum (*fort.* l *iam del. m. corr.*; *LXX*: *ἐπὶ πέταυρον uel ἐπὶ πέτευρον*)

aurum inferorum occurrit. [18a]Sed fuge citius et nol⟨i⟩ *r*emorari loco eius. Et iterum: Melius est habitare in angulo obscuro quam cum muliere linguosa et rixiosa*. Nolite igitur eas, quae tales sunt, mulieres ⟨i⟩mitari, uos Christeanae! [Quae fidelis e⟨sse] Qu⟩ae ergo fidelis uis esse uiro tuo, adten⟨de, ut plac⟩eas illi soli, et, cum in ⟨p⟩latea amb⟨ulaueris, e⟩t ca⟨p⟩ut tuum ⟨uel⟩a ⟨ueste, ut per⟩ uel⟨ationem magna ob⟩scuretur | pul⟨chritudo tua⟩. Et noli d⟨e⟩ping⟨ere uultum ⟨tuum a D(e)o p⟩er nat⟨uram tibi factu⟩m. **VII**

---

27 ssq. Prouerb. 21, 9 _et_ 19.

---

25 fuge (e _ex_ i _correct. uid._) 26 nol∗ memorari (e _perfor._) _Post_ eius _spat. uac._ 27 iṭẹrum (ṭẹ _exes._) 28 eṭ(ṭ _perfor._)rị 29 xịosa (ị _potius quam_ ụ) eas (s _corr. m._[1] _ex_ n _aut_ m) 30 mụliereṣ (ṣ _perfor., apex restat_) ∗mị (_part. perfor._) chrịṣteanae (ịṣ _exes._) quaẹ (u _minus perfor. quam_ ẹ) 31 ẹ∗∗∗ (quae fidelis e⟨sse⟩ _del. m. corr._) ∗ (_reliquiae lineae uncae_)∗aẹ(ẹ _exes._) ergọ(ọ _dimidiat._) fid (_perfor._) uiṛọ ṭ(ṭ _summa pars exstat_)uo 32 aḍṭeṇ(ḍṭ _lacer._; _uix_ aḍụeṇ _leg._) ∗∗∗∗∗∗∗∗ẹas (_Gr._: _πρόσεχε ἐπὶ τῷ ἀρέσκειν_) ịn ∗ḷ(_margines conspic._)ateạ (_non_ ịṣ, _quamquam in CA._: _ἐν ταῖς πλατείαις leg._) 33 amḅ(_sup. pars exstat_)∗∗∗∗∗∗∗∗∗(_spat. trium fere centim._)ṭ ca∗utṭụụ (utṭụụ _ex corr. ut uid._: _pro_ ṭụ _script. fuisse uid._m)ṃ(_mutil._; _prima hasta et alterius pes rest._); _seq._ ḍ (_del. uid._) ụ (_ex_ e _siue_ o _corr._)∗∗ạ (_in seq. lacuna VII—X litt. perierunt_; ⟨ueste ut per⟩ _dubiis summis apicibus maxime respondere uid._) 34 _Signum_ (∂, a?) _in marg. scriptum non ad Did. uerba pertinere uid. Ab uersus initio s. l. m. corr. add._ ụel (_tum_ ạ _litterae particula_; _post quattuor cent._) ṣcuṛetur. _In textu ipso seq._ puḷ (_tum lac. XXXXV fere mm._) et noli d∗pịṇg (_perfor._; g̣ _litt. pars supr. superest_); _restant in parua lacinia, quae adhaeret, sex fere litt. pallidarum uestigia, quarum alterius pes_ r, _tert. pars_ e, _quartae_ u _litt. uid. respondere_ 35 tuṃ (ṃ _dimid._; _seq. lac. XXXXV fere mm._) ẹ(_non_ ọ)rnat (_in lacinia adhaer. post XXXXV fere mm. uestigium_ ṃ _litt._). _Cf. AA._: _σκέπουσα τὴν κεφαλήν σου (τῷ ἱματίῳ). Διὰ γὰρ τῆς ἐπικαλύψεως ἀποκλεισθήσεται τὸ πολὺ κάλλος σου. Μὴ καταζωγράφει σου τὸ ὑπὸ θεοῦ πεποιημένον πρόσωπον_; _Syr._: caput tuum tege uestimento tuo, ut uelamine tuo tegatur magna pulchritudo tua. Neque orna faciem oculorum tuorum.

VIII ⟨De⟩orsum adten⟨d⟩ens iter tu⟨u⟩m con⟨f⟩i⟨ce⟩ und⟨i⟩q(ue) ista te[cum] cooper⟨i⟩ens. Decl⟨i⟩na a⟨u⟩te⟨m⟩ e⟨t⟩ balneum, ubi uiri la*u*antur, quod superfluum est mulieri; nam etsi non fuerit in ciuitate uel in regione balneum, in eo balneo, ubi uiri la*u*antur, mulier fidelis non la*u*etur. Si enim uultum tuum uelas, ut a⟨b⟩ alienis uiris non uidearis, quomodo nuda cum alienis uiris in balneo* ingrederis? Si autem [non] est balneum muliebre, quod utaris, et uis contra naturam cum uiris lauari, cum disciplina et cum reuerentia, cu(m) mensura la*u*are. In talibus enim *b*alneis non frequenter lauetur nec diu lauetur nec in meridie, sed [et]*, si potest fieri, nec per ⟨sin⟩gulos dies. ⟨H⟩ora autem sit tibi superflue illius *b*alnei decima; oportet enim te constitutam fidelem ab omni parte oculoru(m) aspectum et conuentionem, quae in tali

---

VIII (Fol. 99^u [*prius* 98^u]; Quat. I, p. 14)

VIII 1 **ọṛ(*partes infer. seruatae*)sum ạ(*lacer.*)dṭẹṇ(ẹṇ *perfor.*)*ẹns iter tu(*in ras., m.*^{1} tu *corr. ex* uu)ṃ (*prima hasta rest.*) ç̣ọṇ(*parua uestigia supersunt*)*ị**ụ(*aut* ḅ *dimid. aut* ị)n (*siue* N̄); *cf. Gr.*: *κάτω βλέπουσα τὴν ὁδοιπορίαν σου ποιοῦ* 2 ḍ(*infer. pars reliq.*; *fuisse potest* ụ)*q · (*m.*^{2} *supra* d*q · *scrips. uid.* ịṣṭạ *siue* ẹṣṭạ) ṭ(*m.*^{1} *fort. ex* ạ *corr.*)e cum' (*uncino' m.*^{2} cum *del. uid.*) coopẹṛ*ẹns (ẹṛ *et* ẹ *part. exes.*); *supra hoc uerbum cursiue m.*^{2} *siue man. paulo recentior* Suscipiant & *fort. de suo add.* (*an uoluit scribere:* Suspice ant⟨e⟩ et?) decl*(*hastae pes rest.*)na ạ*(*fuisse potest* ụ *siue* ḍ) ṭ (*aut* ç̣ *aut* ị *aut* ụ *litt. pars*) ẹ (*siue* ç̣) * ẹ(*aut* ç̣, *pars uncini rel.*) *(*praeterea nihil script. fuisse uid.*); *AA.*: *περικαλύπτουσα ἑαυτήν. Περιίστασο καὶ τὴν ἐν βαλανείῳ μετὰ ἀνδρῶν γενομένην λοῦσιν*; *Syr.*: Et attende, ne laueris in balneis cum uiris 3 labantur 4 mulịeri 6 labantur labẹ (*m.*^{2} b *in* u *corr. uid.*) 7 ụṭ (*exes.*) a* 8 nụda 10 [non]; *cf. Gr.*: *γυναικείου δὲ ὄντος βαλανείου* 12 ụ(*lacer.*, u *magis quam* b)ari 13 labare ualneis 14 diu lauetụṛ 15 [et]; *CA.*: *ἀλλ', εἰ δυνατόν, μηδὲ καθ' ἡμέραν* 16 ***gulos ˘ora (*signum s. l. add. m.*^{2}) 17 il(*m.*^{1}; *in ras., ut uid.*)lius ualnei 18 ab (b *ex* u *m.*^{1}) parte oculorụ¯

balneo fit, fugire*. Ne autem sis litigios⟨a⟩ ad omnes, praeterea aduersus uirum tuum, excide hoc malum a te, quoniam fidelis es, ut uir tuus, si est fidelis aut gentilis, propter te non cogatur blasfemare in D(eu)m, et tu uae hereditaris* aput D(eu)m: Uae, inquid, per quem nomen D(e)i blasphematur inter gentes; si aute(m) fidelis est uir tuus, cogatur dicere, ut s⟨c⟩iens scribturas, quod scriptum est in Sapientia: Melius est habitare in deserto quam cum muliere linguosa et litigios⟨a⟩. Mulieres igitur per confusio⟨ne⟩m et m⟨a⟩ns⟨uet⟩udinem reli⟨gi⟩onem ostendite ad c⟨onuer⟩sionem ⟨et fid⟩e⟨i⟩ auctum de eth⟨nicis quanti⟩cunq(ue) ⟨si⟩u⟨e uir⟩i ⟨sun⟩t siue mulieres. ⟨Et si pau⟩cis ⟨ipsi admonuimu⟩s et co⟨rreximus uo⟩s, soro- VIII

---

25 sq. *Cf.* Esai. 52, 5 (*u.* Ignat. Trall. 8, 2; Polyc. Phil. 10, 3; Clem. Cor. II 13, 2) 29 sq. Prouerb. 21, 19.

---

20 ḟit (f *potius quam* s) litigios∗ ad ọṃ 21 ẹx̣c̣ị (*non* reci) 23 propteṛ ṭe nọn 24 ḥẹṛẹ 25 nọ 26 autẹ¯ 27 s∗ịeṇs 28 sapienṭịạ 29 cuṃ 30 ṃụliere linguụ(*exes.*)osa et litigios∗ (*Spat. duarum litt. uac.*) Ṃulịẹṛẹṣ ịg̣ị 31 ṭụ(ụ *lacer.*)ṛ p̣(*exes.*)er confusio∗∗m ẹt ṃ∗ṇs∗∗∗ụdineṃ (*litt. pallidae, sed certae*) 32 ṛẹḷẹ(ẹ *in* ị *corr. m.*^{2})∗(*superest tigillum capiti* g *litt. aptum*)∗ọ(*dextra pars rel.*)ṇ (*perfor.*)em ọṣṭẹ(*exes.*)ṇḍị(ḍị *exes.*)te ad c(*lac. XXII mm.*)ṣịọṇẹṃ (ọṇẹṃ *exes. et lacer.*); *cf. Gr.*: *αἱ οὖν γυναῖκες διὰ τῆς αἰδοῦς καὶ πραότητος τὴν θεοσέβειαν ἐνδείκνυσθε εἰς ἐπιστροφήν* 33 ∗∗(*summi* et *litter. apices*)∗(*fort.* ḥ *aut* f̣ị, *tum lac. nouem fere mm.*)ẹ(*aut* c̣)∗ạ(*siue* ḍ *siue* q̣) ụ(*aut* ọ, *exes.*)c̣(*siue* ẹ *siue* ſ)tuṃ(*aut* ṇ) dẹ ∗ẹ(*mutil.*)ṭḥ(*aut* ḍ; [a]eth⟨nicis⟩ *uid. script. fuisse*; *post* ḥ *lac. XXXV mm.*) c̣ụnq̣· (*pro* c̣ *legi potest* ṣ, *pro* ụ *etiam* ạ, *pro* q̣ · *uel* ṭ); *cf.* IV, 11 34 ∗∗ụ∗∗∗∗ị∗∗∗ṭ(*siue* ị *siue* ṛ)ṣ(*aut* ṛ *exes.*)ịụẹ(*lacer.*) mulierẹṣ(s *potius quam* m; *seq. lac. quattuor cent.*)cis 35 ∗∗(*uestig.* p *litt., ut uid.*)∗(*apex* ſ *litt.*; *seq. lac. XXXXV fere mm.*) ṣ(*siue* f̣ *sup. pars*)eṭ(ṭ *exes.*) co(*seq. uid.* ṛ *litt.*; *tum lac. XXXXV fere mm.*, co⟨rripuimus uo⟩s *aut* co⟨ndocuimus uo⟩s *spatio minus respondent*)ṣ(*super. pars rel.*) soṛọ; *CA.*: *καὶ (εἰς) προτροπὴν πίστεως καὶ τοῖς ἐκτὸς πᾶσιν εἴτε γυναιξὶν εἴτε ἀνδράσιν. Καὶ εἰ δι' ὀλίγων νουθετήσαντες ἐπαιδεύσαμεν ὑμᾶς, ἀδελφαί*; *Syr.*: decet ostendere pietatem erga Deum, ut fides extraneorum conuertatur et augeatur, uirorum ac mulierum.

IX res et filiae et membra nostra, tamen sicut sapientes et uos quae bona sunt et sine repraehensione quaerite uitae istius documenta, ut sciatis, per quae possitis regno D(e)i nostri propinquare et bene placentes repausare. Pastor, qui constituitur in uisitatione praesbyterii et in ecclesiis omnib(us) et parrociis, oportet eu(m) sine qu[a]erella esse, inreprehensibilem, alienum ab omni iniquitate, uirum non minus annorum cinquaginta*, quoniam per quandam rationem iuuenilis luxurias et diabolica uitia aufugisse iam uidetur et ab eis, quae a falsis fratribus in multos iactantur, blasfemiis, qui ignorant uerbum D(e)i, quod in euuangelio est: Quoniam, inquid, qui dixerit uerbum otiosum, reddet rationem pro eo d(omi)no in die iudicii. De uerbis enim tuis, ait, iustifica*b*eris et de uerbis tuis condemna*b*eris. Sit igitur, si possibile est, ad omnia eruditus; et si sine litteris est, sed notitiam habens uerbi diuini et stabilis aetate. Si autem in parocia modica ordinandus est episcopus et non inuenitur, qui tempora aetatis iam transisse uideatur et testimonium habere et sapiens, est autem iuuenis et testimonium habet ab his*, qui cum eodem sunt, quia dignus est ad episcopatum, et per iuuenilem aetatem per mansuetudinem et bonam conuersationem senec-

---

IX (Fol. 88r [*prius* 87r]; Quat. I, p. 15) 8 ssq. *Cf.* Tim. I 3, 2 ssq. 16 ssq. Matth. 12, 36 *et* 37.

IX 8 parrociis (*cf.* XXIX, 3, 9) 11 c(*m.*[1] *primo* q *scrib. uoluit*)inquaginta 12 iuueniḷịṣ (*νεωτερικάς*; *cf. u. 30*) ḷuxu 15 tọs (*aut* tụs) 17 ụerbụm 19 iustificaueris 20 condemnaueris 22 haḅens 24 *Inter* est *et* episcopus *foramen antiquum*

tutem ostendit, probetur et, si ab omnib(us) **IX** tale testimonium habet, constituatur episcopus in pace. Nam et Sa⟨lomon⟩ duodecim annorum constit⟨utus regnauit⟩ in Istrahel* et Iosias in iustitia octo annoru(m) **X** constitutus regnauit, similiter et Io[si]as, cum esset septem annorum, regnauit. Unde, etiamsi iuuenis est, tamen ut mansuetus sit, timidus et quietus, quoniam dicit per Eseia(m) d(omi)n(u)s D(eu)s: Super quem respiciam, nisi super mansuetum et quietum et trementem uerba mea semper? Similiter et in euangelio dicit ita: Beati mansueti, quia ipsi hereditabunt terram. Sit autem et misericors, quoniam dicit: Beati misericordes, quia ipsis miserebitur D(eu)s. Similiter et pacificus, quoniam iterum dicit: Beati pacifici, quoniam fili D(e)i uocabuntur. Sit autem et sine malitia et iniquitate et malignitate, quoniam dicit iterum: Beati mundo corde, quia ipsi uidebunt D(eu)m. Sit ergo sobrius, castus, ornatus, non turbulentus, non uino multo deditus, non percussor, sed innocens, non litigiosus, non auarus; non neofitus, ut non infletur et in iudicium incidat, quoniam: Omnis, qui se exaltat, hu-

---

X (Fol. 88ᵘ [*prius* 87ᵘ]; Quat. I, p. 16) 6 ssq. Esai. 66, 2 9 sq. Matth. 5, 5 11 sq. Matth. 5, 7 13 sq. Matth. 5, 9 16 sq. Matth. 5, 8 17 ssq. *Cf.* Tim. I 3, 2 ssq. 21 *Cf.* Tim. I 3, 6 22 sq. Luc. 14, 11.

---

32 p̣robetur 34 Nam et sa***** 35 constit(t *alterius caput exst.*; *seq. lac. duodecim fere litt.*; *CA.*: *Καὶ γὰρ Σολομὼν δωδεκαετὴς τοῦ Ἰσραὴλ ἐβασίλευσεν*)

X 2 constitutụṣ ṛegnauiṭ ṣịṃịḷịṭer 6 quẹm ṛespịçịam nisị sụper 8 similịter 9 ita·beati· (*punctis m.*[1] *deleu. uid.*) beati ipsị ḥẹ (*coni. primus Woelfflin*) 10 ṛediṭ(*ex* ç *corr. uid. m.*[1])abunt 12 ipsịṣ ṃiseṛẹbitur d̃ṣ· (*Spat. duarum litt. uac.*) simịḷịter 13 cificos 15 malignitạ 16 diciṭ ịṭẹṛụṃ mundọ (o *magis quam* i) 17 qụịa ipsị ụịdẹḅụnṭ sobrị 18 orṇatus 21 iṇfletur 22 cedat qụi

